6877
MI

6877
III

Bibl. Jag.

Item in alio thomo sub Johanne XV. papa Dagone
index. et Ote senatrix. et filii eorum misica.
et lambertus leguntur beato Petro contulisse
unam civitatem in integrum que est Schi-
nesghe. cum omnibus suis pertinentiis infra
hos affines. sicuti incipit a primo latere
longum mare fine Prurre. usque in locum
qui dicitur Russe. et fines Russe extenden-
te usque in Cracoa et usque ad flumen
Oddere. recte in locum Alemure. et ab ipsa
Alemura usque in terram Milze. et a fine
Milze recte intra. ODERE. et ex inde ducen-
te iuxta flumen Oddera. usque in predictam
civitatem Schinesghe.

Bibl. Vatic. Cod. Vatic. 8486. [liber Censuum Roma-
nae Ecclesiae. Cencii Camerarii.] pag. CXVI. versa et
CXVII. cf. Przezdziecki. Wiadomość bibliograf. p.

Quem vero Censuum Rom. Eccl. librum proximo tem-
poris spatio Gallus quidam doctus, Fabre nomine,
secundum exemplar, quod in Archivo Vatic. servatur,
adhibito tamen hoc nostro, sub praelum mittturus est.

Bibl. Jag.

Bibl. Vatic. Mss. Vatic. 2973.

pag. 78. „Secuntur nomina Patriarchatuum et Archiepiscopatuum et eorum suffraganeorum et primo in sycilia..."

pag. 79. „In polonia[a]

archiepiscopus Gnezenensis hos habet suffraganeos Vratislauiensem Debrinensem Cuiauiensem plerensem Cracoviensem Poznaniensem Maroviensem Pomeriacensem."

[a] czerwonym inkaustem.

Manuskrypt z wieku XIV. i XV. — powyższy spis z tegoż z XIV. wieku; ułożony we dwie kolumny na każdej stronnicy; polskie biskupstwa na str. 79. kolumnie drugiej. Cf.

Epistola de vita tartarorum.

Venerabili viro in christo patri Perissimo episcopo Frater Julianus fratrum ordinis predicatorum servus vestre sanctitatis. Cum secundum iniunctam mihi obediencian ire deberem ad magnam hungariam cum fratribus mihi adiunctis iniunctum nobis iter perficere cupientes cum ad ultimos fines prucye deuenissemus rei didicimus veritatem quod omnes hungarii pagani et regna quamplurima a tartaris sunt penitus devastata. Qui autem sint illi tartari cuiusve secte vobis tenore presentium enarrabo. Relatum est autem mihi a quibusdam quod tartari prius inhabitabant romam. Dicuntur in veritate: filii hismaelis. vnde hismaelite non tartari volunt vocari. Terra autem de qua prius sunt egressi gotha vocabatur quam Ruben gotham vocavit. Pri-

mum autem bellum tartarorum est taliter
inchoatum. Dux erat in illa terra gotha.
Jurguca nomine qui sororem habuit virgi-
nem. Cuius parentibus defunctis sue familie
presidentem et more virili se ut dicitur se
gerentem. expugnauit quendam ducem vici-
num et eundem suis bonis frequentius spo-
liauit. Elapsis autem quibusdam tempo-
ribus cum iterum predictum ducem sicut
consueuerat expugnare niteretur ille sibi
precauens con misso bello cum puella
supradicta. prenaluit in pugnando et
eam quam prius aduersariam habuit.
captiuauit. et in signum maioris vindi-
cie defloratam. turpiter decollauit.
Quo audito frater memorate puelle
Jurguta supradictus dux nuncio ad
ipsum virum delegato tale fertur man-
datum transmisisse. Intellexi quod so-

rorem meam captam et defloratam de-
collasti. Noueris te opus michi contrarium
exegisse. Si soror mea forsitan tibi inquie-
ta fuit dampnificans te rebus mobilibus,
poteras ad me accedere equum de ea
petiturus iudicium. Vel si nolens de-
bellatam quam propriis manibus capti-
uasti et deflorasti. poteras ducere
in uxorem. Si autem propositum occi-
dendi eam habuisti. nullo modo de-
buisti eam deflorare. Nunc uero eam
dampnificans in duobus et uirginali
turpitudinem intulisti pudicicie et car-
nali eam morte miserabiliter condemp-
nasti. Propter quod in uindiciam necis
puelle nominate scias me tecum totis
uiribus congressurum. Hec uero audiens
dux necis perpetrator et uidens se non
posse resistere fugit cum suis ad-

soldanum de ornach terra propria derelicta. Hiis itaque gestis. erat quidam dux in terra chananeorum nomine Wroceus cuius diuicie tam preclare predicantur quod et pecora in aureis cannalibus adaquabantur. Quem dux alius de flumine de Ruz nomine Jauez propter diuicias expugnauit. et denicit. Qui denictus cum duobus filiis suis et quibusdam paucis qui de belli periculo effugerunt ad dictum soldanum de ornach fugerunt. Soldanus uero memor memor iniurie quam ei quondam intulerat. quia uicinus eius extiterat recepit eum et in porta suspendit. et populum dominio suo subinganit. Duo autem filii eius protinus fugam arripuerunt. Et quia refugium alias non habebant ad prefatum

Gruer qui patrem eorum et eosdem iam
antea spoliauerat sunt reuersi. Qui
ferali concitatus rabie maiorem cum
equis interfecit. Minor uero fugiens ad
Gurgutam ducem tartarorum iam
antea nominatum rogans obnixius ut
de Gruer qui patrem suum spoliauerat
et fratrem occiderat uindictam exer-
ceret. dicens quod Gurgute honor rema-
neret et sibi pro nece fratris et spolio
patris retributio fieret et uindicta.
Quod factum est. Ac habita uictoria
rogauit iterum Gurgutam ut de sol-
dano de ornach uindictam reciperet.
Et egressus contra soldanum uictoriam
optinuit. Igitur quasi undique fretus
uictoria laudabili. Gurguta predictus
dux tartarorum cum toto impetu bel-
li cepit progressum facere. contra

persas pro quibusdam guerris quas ibi primitus habuit. et regnum persarum totaliter subiugauit. Ex his audacior effectus et forciorem se reputans omnibus super terram progressum cepit facere contra regna totum mundum debellare proponens et ad terram romanorum accedens. eam sibi subiugauit. Inde reuersus ad magnam hungariam a quibus nostri hungari originem habuerunt expugnauit eam xiiii annis sicut ipsi hungarii pagani nobis retulerunt. Reuersus inde uersus occidentem ispacio unius anni uel parum amplius quinque regna paganorum maxima obtinuit. Que cx. castra fortissima habebant. tam populosa quod de uno eorum exire poterant. L. milia militum armatorum.

Scientes quod Jurguta dux ille primus qui hoc bellum inchoauit; est defunctus. Nunc autem filius eius Chayn; regnat pro eodem et residet in ciuitate magna; ornach. Residet autem tali modo. Palacium habet tam magnum, quod mille milites intrant per unum ostium. et eidem inclinantes; exeunt nichilominus residentes. Dux autem prefatus parauit sibi tectum pergrande et altum aureis columpnis inmixtum. lectum aureum et preciosissime coopertum in quo sedet. quasi gloriosus. et circumdatus preciosis indumentis. Ostia uero ipsius palacii per totum; aurea sunt. Misit autem exercitus per diuersas terras. Videlicet ultra mare imum. Alium copiosum exercitum; misit iuxta mare super omnes comanos qui ad par-

Nota de nobili palacio ipsius ducis.

Nota de ostiis aureis et de potestate ipsius.

tes ungarie fugerunt. Tercius uero exercitus; obsidet totam hungariam et ruziam. Longius quoque iaciunt sagittas quam cetere naciones. Et prima congressione belli non sagittare dicuntur sed quasi sagittas puluerizare uidentur. Et taliter ante suum cuneum ordinant; quasi. X. hominibus unus preest. Centum uero unus centurio. Hoc quoque tali astucia faciunt; ne exploratores superuenientes; ~~prius~~ pos sint latere aliquatenus inter eos. Et si contigerit eundem numerum diminui propter bellum; restituitur sine mora. Et ut populus collectus de diuersis infidelitatem aliquam facere non possint; quemlibet denarium numerum ex diuersis nationibus et linguis; collegerunt. Omnium regnorum reges. magnates. du-

ces de quibus spes esset quod possunt
facere resistenciam; interfecerunt sine
mora. Quid super hiis consulendum
quid sit faciendum sit; uestre sancti-
tatis discrecio dignetur sollicite pro-
uidere. Preterea ut nil ex hiis remanea-
at pretermissum; paternitati uestre
significo quod quidam clericus ruthe-
norum dixit quod tartari sunt ma-
dianite. Qui cum cecheis pariter pu-
gnantes contra filios israel deuicti
sunt a gedeone sicut in libro iudicum
continetur. Unde fugientes dicti madia-
nite; habitauerunt iuxta quendam fluuium
nomine tartar; et inde tartari sunt vo-
cati. Tantam quoque asserunt tartari se
bellatorum habere multitudinem; quod
in xl partes diuidi possit. ita quod
nulla potestas inueniatur super terram

que uni parti eorum ualeat resistere.
Item dicitur quod habent in exercitu
suo secum seruos. CC.LX. milia qui non
sunt de lege sua. et. C.XXXV. milia
de lege sua probatissimorum in acie.
Item dicitur quod mulieres eorum
sicut et ipsi; bellicose sunt. et iaciunt
sagittas. et insident equis et iumen-
tis; sicut et uiri. et animosiores sunt
uiris; in conflictu belli. Quia uiris
aliquando terga uertentibus; ille nul-
latenus fugam arripiunt. sed omni
discrimini se exponunt. Explicit epi-
stula de uita. secta. et origine tarta-
rorum. ''' — ''' —

Bibl. Vatic. Cod. Vatic. 4161. saec. vlct. XIII.

cf. Erben, Regesta Bohemiae et Moraviae
I, pag. 474. nr. 1019 ex a. 1241. skrócony i znacznie
odmienny text z „Hormayr, Gold. Chronik II, p. 67.

Fannia formarum specimen regionis ad Arcton
Algentis Boreae perpetuaque nive
Commodiore loco fueras dignissima nasci
Et fieri terrae prosperioris honor
Debuerat Sparte vel te genuisse Micene
Grata vel eterno Sidonis ora Ioui
Aut tibi nascenti Cycladum Regina natatrix
Delos erat certo constituenda uado
Si non Latone erranti stabilita fuisset
Cum petita ad partum cetera terra foret:
Illa quidem diuos peperit fecunda gemellos
Ne nox transiret ne sine luce dies
Sed que nocturnis rabiis mea uita niteres
Utilius mundo te peperisse fuit
Tu neque fraterno caperes a lumine lumen
Illius per te lampade clara magis

Tu neque nunc positis nunc sumptis cornibus usque
Fulgeres aliter dissimilisque tibi
Nec uiduata omni sensim splendore lateres
Alterni mundo luminis ora negans
Sed pleno et nitido radiares orbe perhenne
Per mare per terras nocte iter omne regeas
Nec tantum est ortu geminorum clara deorum
Delos quam si illic unica nata fores
Vel si lege aliqua fatali barbara tellus
Inclita natali debuit esse tuo
Tempora te saltem quondam meliora tulissent
Cum peperit uatem Calliopea suum
Ille tibi merito tribuisset carmine laudes
Ille dee nomen nec minus officium
Coniugis et care pre te contempnere mortem
Et potuit Stygias non adiisse domos
Quid si te illius forsan connubia iusta
Fecissent socia parte iacere thori
Ac medio in cursu pariter uitamque fugamque

Impia fregisset reptilis ira tuam
Ter quater elusus postquam repetisset ab orcho
Tartareas ultra se tenuisset aquas
Ethereasque auras sine te spreuisset adire
Et te fleuisset fata uidente tua.
Sed tam formosis caruisset uipera suris
Vulnera letifero figere dente suo
Calcares nudis pedibus secura dracones
Namque tuo innocuum uirus honore foret
Gauderentque illi teneris se subdere plantis
Et uiuens talis oscula blanda darent
Sic ille extremos felix mansisset ad annos
Tuque eram toto notior orbe fores
Namque tuis ardens facibus non impia Lemni
Vulnera non furias peniteumque nephas
Non pueri Herculei casum non improba fontis
Numina conspicuas unde patebat aquas
Non ler insuetum pelagi primamque carinam
Non spolium auratae concinuisset ouis

Sed simul ingenium Cytharamque artemque canendi
Iussisset titulis semper adesse tuis
Atque suos recinens aliorum oblitus amorum
Implesset gentes nomine ubique tuo
Sed quoniam uoluere dei sis gloria nostri
Temporis et Getici numen honorque soli
Qualescunque tibi dicam mea Fannia uersus
Sint tibi candoris pignora certa mei
Et lege non dura facie quecunque reponet
Peruigil in laudes iam mea Musa tuas
Materie fateor multo sum uiribus impar
Et minor est humeris sarcina danda meis
Sed quis rite queat superum laudare parentem
Aspicimus multos hoc uoluisse tamen
Et sua facta cani mortali Iupiter ore
Fas putat et laudes carmen habere dei
Tu quoque pro meritis titulos patiare minores
Nec pudeat Calamis ire per ora meis.

Matthie nuper post funus condita Mauors
Senserat Australes induere arma iterum
Dumque suo quis bella paret sine numine quaerit
In te conuersis pulchra Vienna oculis
Forte mee intuitus formamque habitumque puelle
Obstupuit credens esse suam uenerem
Et Boreale timens frigus ne lederet artus
Assuetos Paphya degere temperie
Dixisset quod me gelidum sectaris ad Hystrum
Tutius ipse ad aquas te petam Acidalias
Risit amor fassus mortalem protinus ergo
Mutato sensu sic deus alter ait
Quid mihi cum Cypro patria tellure creantur
Si mihi que forma te uenus exuperant.

Fannia formarum specimen regionis ad Arcton
Algentis Borea perpetuaque niue
Commodiore loco fueras dignissima nasci
Et fieri terrae prosperioris honor
Debuerat Sparte uel te genuisse Micene
Grata uel eterno Sidonis ora Ioui
Aut tibi nascenti Cycladum regina natatrix
Delos erat certo constituenda uado
Si non Latone erranti stabilita fuisset
Cum uetita ad partum cetera terra foret
Illa quidem diuos peperit fecunda gemellos
Ne nox transiret ne sine luce dies
Sed que nocturnis radiis mea uita niteres
Utilius mundo te peperisse fuit
Tu neque fraterno caperes a lumine lumen
Illius per te lampade clara magis
Tu neque nunc positis nunc sumptis cornibus usque
Fulgeres aliter dissimilisque tibi

Nec viduata omni sensim splendore lateres
Alterni mundo luminis ora negans
Sed plena et nitido radiares orbe perhenne
Per mare per terras nocte iter omne regens
Nec tantum est ortu geminorum clara deorum
Delos quam si illic unica nata fores
Vel si lege aliqua fatali barbara tellus
Inclita natali debuit esse tuo
Tempora te saltem quondam meliora tulissent
Cum peperit natem Calliopea suum
Ille tibi merito tribuisset carmine laudes
Ille dee nomen nec minus officium
Coniugis et care pre te contempnere mortem
Et potuit Stygias non adiisse domos
Quid si te illius forsan connubia iusta
Fecissent socia parte iacere thori
Ac medio in cursu pariter ustamque fugamque
Impia fregisset reptilis ira tuam
Ter quater clusus postquam repetisset ab orcho

Tartareas ultra se tenuisset aquas
Ethereasque auras sine te sprenisset adire
Et te flenisset fata uidente tua
Sed tam formosus cauisset uipera suris
Vulnera letifero figere dente suo
Calcares nudis pedibus secura dracones
Namque tuo innocuum uirus honore foret
Gauderentque illi teneris se subdere plantis
Et niueis talis oscula blanda darent
Sic ille extremos felix mansisset ad annos
Tuque etiam toto notior orbe fores
Namque tuis ardens facibus non impia Lemni
Vulnera non furias feminenumque nephas
Non pueri Herculei casum non improba fontis
Numina conspicuas unde patebat aquas
Non iter insuetum pelagi primamque carinam
Non spolium aurate concinuisset ouis
Sed simul ingenium cytharamque artemque canendi
Tussisset titulis semper adesse tuis

Atque suos recinens aliorum oblitus amorum
Implesset gentes nomine ubique tuo.
Sed quoniam uoluere dei ss gloria nostri
Temporis et Getici nomen honorque soli
Qualescunque tibi dicam mea Fannia uersus
Sint tibi candoris pignora certa mei
Et lege non dura facie quaecunque reponet
Pervigil in laudes iam mea Musa tuas
Materie fateor multo sum uiribus impar
Et minor est humeris sarcina danda meis
Sed quis rite queat superum laudare parentem
Aspicimus multos hoc voluisse tamen
Et sua facta cani mortali Iupiter ore
Fas putat et laudes carmen habere dei
Tu quoque pro meritis titulos patiare minores
Nec pudeat calamis ire per ora meis.

Anno 1527

Aprilis XII die

Matthias filius Ade Sculteti de Jaworznyk Mansionarius gloriosissime genitricis virginis Marie in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi Notarius publicus hunc librum manu propria scripsit etc.

Bibl. Vat. Mss. Reg. Succ. 29. fol. 300.

Salue flos polonie martyr preciose
Pontifex egregie flagrans instar rose
Stanislaus diceris bene stans in laude
Quia vitam duxeris sanctam sine fraude
Salue virtutum iubar o prenobile scutum
Pastor patrone polonorum maxime prone
Patens pater patrie optime polone
Vniens Ecclesiam pacem ei prebe
Clerum per poloniam dirigas cum plebe.

Bibl. Vatic. Mss. Reg. Suec. 29. fol. 301.

1528. Januar 24. 24

~~Narrauit~~ Rme. in Chro. pater et Dne., Dne. et amice mi honorandissime. Narrauit mihi iste seruitor D. vre. Rme., quod illum puerum nobilem Dzijk vocatum, quem ei ascini in seruitorem diligit et gratia sua prosequitur atque egrotum diligenter commisit curare et quia bene profecit in lingua germanica D. vre. Rme. singulari opera accedente in fauorem meum. Quare illi magnas habeo et ago gratias polliceorque omni occasione se offerente D. vre. Rme. desyderiis omnibus, quantum possum cum amicis omnibus istius pueri non deesse, mea gratificatione et seruiendi sedulitate, modo velit ac iubeat vra. ~~Rma.~~ D. Rma. in gratiam suam. Ceterum si cupit scire noua aut agibilia Curie Principis nostri Serenissimi, Sacre Regie Mtis., alia nulla sunt preterquam imprimis Suam Mtem. recte valere et remorari aduentu oratorum Regis Ferdinandi pro bono statu et tranquilitate Regnorum Vngarie et Bohemie laborancium. Sunt item alii Regis Joannis, qui, vt aiunt, in suis eruentam eedem accepit et capitaneus precipuus exercitus sue Mtis. Budifferanz captus. Qualiter tandem vtrique respondendum erit Mtas. sua regia princeps noster deliberat hiisque pro alta sua prudentia se sciet accommodare. Nuncius leuis ad Imperatorem Turcarum salui transitus causa pro oratore magno Mtis. regie dni. nostri, de prorogandis Induciis expeditus est. Tantum de agibilibus; quo vero fine tractatus Comitiarum istarum constituentur, non celabitur vrd. Rme. Cuius ego fauori me plurimum commendo et cupio eandem valere sanam et felicem diutissime. Pyotrcouie 24 Januarij Ao. MDXXVIII.

Dtionis. vre. Rme. totus

Nicolaus de Schidlowcz Cast. Sandom.
Regni Polonie thesaurarius.

Rmo. in Chro. Patri et
Dno. Dno. Mauricio
Dei gratia Epo. Varmiensi
Dno. et amico suo hono
randissimo.

247

8. Febr. 28.

25

Magnifice dne. amice noster charissime Salutem. Quod tot literis et precibus a Regia Mte. precatus es id laudem nobis etiam calcar admonentibus assecutus esse videris siquidem Mtas. sua cum gratia sua te isthinc iam revocat, prout hoc ex literis eiusdem Mtis. tibi inscriptis plenius cognosces. Submittit vero isthuc sua Mtas. Venerabilem dnum. Joannem Lenicium, cantorem Plocensem, Notarium suum et Serme. domine Regine coniugis sue, qui res sue Mtis. si ita opus facto fuerit, isthic custodiat. Tu autem erudias illum hiis rebus, quibus eruditum fore oportet. prout tibi id ipsum etiam Regia Mtas. mandavit. At quo molestiam et pericula navigationis vitare et terrestri itinere commodius ad nos redire posses, mittuntur tibi et Sermi. ac christianissimi Francorum et etiam nostri Regis publice fidei litere, quibus fretus adhibita etiam ad hoc ea quam alias in omnibus rebus gerendis adhibere semper solitus es diligentia, poteris per tot Regna et Vrbes ad nos redire. Veniens autem gratissimus fidei et laborum tuorum, quos exhausisti, debitos et dudum optatos fructus percepturus. Cum autem Mtas. Regia vadat hinc intra quatuor dies ad summum in Zithuaniam cum Serma. coniuge sua, tu ad nos, ad Regnum veniens, fac descendas, nam nos in bonis et possessionibus Episcopatus nostri manere et paululum vires fractas reficere decrevimus. Nova que apud nos sunt, ex domino Lenicio cognosces. Bene vale

247

Dat. in Radom. die XXVIII.a Februarii Anno dni. M.D.XXVIII.o

Petrus Epus Crac.
et Vicecancell. Ulz.

Magnifico domino Joanni
Dantisco, Secretario et
Oratori Regio amico nostro
charissimo.

28. April. 15. 29 26

Reuerendissime domine, domine Amice charissime ac honorande. Rediens istinc ex Warmia Venerabilis Paulus Plotowskij, Prepositus Warmiensis, secretarius meus magne illius in se iusta beneuolencie ac munificencie sedulum ac constantem egit apud me preconem. Et quia id genus beneuolencia omni ex parte mea causa ornatum se esse depredicat Rme. do. vre. hoc nomine magnas ago gratias idque illi mutuis amicicie officijs repensare studebo, atqui a me persuasus sub hoc nunc rerum belli ac Religionis propemodum viciate periculoso tumulto conceptum iter nempe bonarum literarum gratia, mutare non dubitauit, Rogo itaque dignetur Rma. do. vra. hanc meam persuasionem boni consulere et Preposito suo, quod mutauerit hac causa sentenciam vicio non verti, tum eundem solita gratia sua prosequi atque ea, qua se in studio erat prosequutura, fieri enim potest, vt Rme. do. vre. hic manens et seruiens eque seruitor idoneus erit futurus. Nijs Rmam do. vram. opto diu esse felicem et optime incolumem. Ex arce Noue Ciuitatis Corczin feria tercia ante festum Pasche. Anno dni. MDLXVIII°.

Christophorus de Schidlowiecz Cast.
et Capit. Crac. ac R. P. Cancellarius

vre. Rme. d. bonus fr. manu propria.

Rmo. in Chro patri et Dno.
Dno. Mauricio Epo
Varmien. Amico charissimo
ac honorando.

247

Mss. XVI. wieku. Bibl. Vatic. Mss. Vatic. 3922.

Moldavia

Sacratissime Rex Domine Domine Clementissime.

Statui Mti. Vestrae pro eiusdem desiderio atque meo qualicunque ingenio et experientia totius terrae Moldaviae situm et ambitum brevi quodam compendio presentibus describere ut eo maiorem Vestra Mtas. illius cognitionem et iudicium quantum temporis huius angustia calamo complecti liceat habere possit vel minus fortasse utilem aut non multo necessariam. Arbitror tamen in eo Vestrae Mti. me non ingratum obsequium facturum si modo meis hisce scriptis a vera diametrali depictione ipsius loci non prorsus aberravero.

Imprimis itaque Serenissime Rex dum per Poloniam a civitate Cracoviensi iter versus Moldaviam ingreditur plana est terra atque rebus victui necessariis accommodatissima montibus et alpibus minime impedita donec per Russiam propemodum desertam usque Leopolim civitatem metropolitanam Russiae insignem quae

a quinquaginta passibus aut milliaribus ab ipsa civitate Cracoviensi distat atque non adeo procul a confinibus regni Moldaviae sita pervenitur. Illic arx in excelenti monte huic civitati conjuncta est munitissima utraque ad regem Poloniae spectans: unde non longe duo sunt flumina satis profunda et latissima Nestor et Moldavia a quo flumine Moldavo regnum istud imprimis nomen accepit. Quae quidem flumina antea quam verae terrae Moldaviae metae attingantur trajicere oportet. Tandem non longo itineris intervallo Moldaviae limites injiciuntur atque recto tramite totius regni Moldaviae ambitus per longitudinem iusto calculo emetitus usque ad alpes Transylvanas ubi illius terrae finalis meta est et ultima ad sexaginta et quatuor milliaria hungarica se extendit: inde per dictas alpes et asperam admodum atque saxosam strictamque viam qua vixdum currus unicus procedere commode potest per unum et alterum diem non multo

labore ad civitatem Brassoviensem quae montibus prope est applicatur ad Transylvaniam. Est autem ista regio Moldavia satis amena et planissima atque vallibus et oppidis et villis undequaque copiosissima nullis tamen arcibus aut civitatibus dempta unica arce czyczowa appellata praecincta muris sed sola fluminibus quasi a natura aptis munita in qua regione nil deesse cernitur quod vel ad humanum usum aut delicias spectare videatur quandoquidem et vinearum promontoria item frugum et agrorum undecunque et victualibus omnibus felicissima et refertissima imo piscinarum et lacunarum et paludum longe locupletissima adeo ut nihil magis ad vitae necessitatem a mortalibus unquam desiderari possit.

Praeterea in eadem regione Moldaviensi sunt montana et aureis et argenteis fodinis ditissima. Quae nullo labore intermisso non sine magno fructu et commodo coluntur in diem.

Verum illic populus est barbarus et agrestis, tamen rebus militaribus et bellicis suo more satis insigniter instructus qui fidem Divi Pauli hactenus ab initio non sine summa veneratione et devotione coluere: illic quoque diversae religiones et sectae habentur utpote Ruthenorum Bascianorum Armeniorum Bulgarorum et Tartarorum atque etiam non minima pars Saxonum Christianorum terram hanc passim inhabitat; imperio eiusdem Woywodae Moldaviensis subiecti sunt. Unaquaeque autem natio suis legibus et ritibus utitur et fruitur pro suo libito. Eodemque modo monachi ipsi Christiani religionem profitentes sacris suis officiis et ceremoniis iuxta Ecclesiae atque ordinis constitutionem potiuntur libere. Hic summa subditorum erga principem Moldavum obedientia atq; delinquentium gravissima et extrema correctio et emendatio.

Ut autem Mtas. Vestra cognoscere possit per

quam viam et per quae flumina gens illa Turcica ad regnum Moldaviae et deinde Transsylvaniam ingredi queant quantum meo et aliorum iudicio liquet Vestrae Mti. designare non video commodiorem eorundem Turcorum accessum ad Moldaviam quam ex Nicapoli civitate quae ripis Dannubij proxima est recta trajicere Dannbium atque tandem non multis passibus per alia duo flumina praescripta non dispari magnitudine existentia quae toti huic regioni suo meatu undequaque circumferuntur non nisi navali praesidio pervenire posse ingentibus cum curris tum laboribus. Quoniam Moldavus ipse qui quotidianum alit exercitum paratum quemlibet portum praedictorum fluminum, si modo de hostium adventu avisatus fuerit antea facile occupare poterit.
Demum ex Moldavia per alpes praedictas quae civitati Brassoviensi contiguae sunt ipsi Turci ad Transylvaniam progressum suum

habere possunt non difficilem.
Ex maiori Walachia scilicet transalpina
Turci ipsi per Rubeam turrim quae sub al-
pibus prope Danubium cum quodam forta-
licio seu propugnaculo munitissimo sita est
atque ingentibus montibus circumsepta per-
que tam angustam viam et saxosam ut ne
quidem equus unus pedetentim satis commo-
de incedere queat, penetrare coguntur magna
cum difficultate, ubi sedulo ipsi cibinienses
suas excubias necessarias tenere solent ob in-
speratum hostium quandoquidem accessum.
Haec sunt Serenissime Rex quae non alieno
testimonio sed propria rerum experientia
Vestrae Mti. de situ terrae Moldavienses de-
scribere constitui: et si nonnulla minus for-
tasse approbata fuerint Vestra Mtas. ea in-
singularem Regiam emendationem suam re-
ferre et conscribere dignetur gratiose: in cuius
gratiam mea semper fidelia servitia iterum
atque iterum quam humillime commendo.

Al vescovo di Camerino a 17 di Maggio 1561. ritenute fin a li 22.

f. 26. ....." Quanto a l' Oricovio aspettarema prima di veder le lettere et scritture che V. S. ci manda sopra il particular suo; et se ne parlarà poi coi Rmi. Inquisitori: Et in quello, che si potrà, Nostro Signore non mancherà di gratiarlo, tanto più, che il testimonio, che V. S. fà de la sua buona vita et dottrina catholica move assai Sua Santità à rendersegli benigna et gratiosa."

A 5 di luglio.

f. 29 ..... „ Quanto al Ricorso N. S. lauda
lauda la risolutione c'hà presa V. S.
di cancellar la condennatione de l'heresia
et di sospender la scomunica fin che S.
Stà. ò il Concilio lo dispensi. Et perchè
il Concilio come hò detto di sopra è già
in essere, la Stà. Sua rimette la cognition
di questa causa al detto Concilio volendo
però che l' Ricorso goda tra tanto de
la sospension che V. S. hà fatta et di
più che stia di buono animo et attenda
con le opere à far quel che promette
che il Signor Dio et Sua Santità l'aiu-
terà ."....

A 12 di Luglio 1561.

p. 30. ..... „ La nova che l'Arcovio vi hà dato del Ambasciatore del Patriarca Greco di Costantinopoli è piaciuta a Nostro Signore et gli dà tanto maggior animo à proseguir questo negotio, quanto che vede che da così lontano paese quel Signore di rito diverso abbraccia et si sottomette à questo Concilio così anco è stato caro à S. Stà. che V. S. senza aspettar nostro ordine sia da se preparata ad accarezzar et honorar detto Ambasciatore il quale quando sarà à Trento sarà ben visto dai Rmi. Legati et honorato in modo et donato che potrà conoscer la stima che si fà di lui."

A li 26 di Luglio 1561.

f. 32b ....." Del Oricovio et del beneficio per il vestro abbreviatore hò già scritto tante volte, che non hò che dir più."...

Archiv. Vatic.

Nunziatura di Polonia 170. A. apogr.

[1563]

Ad Illustrissimum et Reverendissimum
Dominum Stanislaum Hosium Episcopum
Varmiensem, Urbis Romae Cardinalem
ac Sedis Apostolicae in
Concilio Tridentino
Legatum
Stanislai Orichouii Roxolani
de pleno atque perfecto Concilio Oecumenico.

Te litteras meas non neglexisse et
eas humaniter respondisse maximas ago
tibi et habeo gratias. Atqui litterae
Tuae prae et eruditae perpulerunt me
multos multorum libros non adire so-
lum verum etiam exquirere operum
collatione inter ipsos scriptorum tuorum
sensus certius cognoscerem et quid tibi
Concilii Tridentini praesidi rescribendum
foret, inde accuratius discerem.

Idque quoniam ad maiora literarum tuarum propero: illud de subscriptionibus patriarchalibus breviter absolvam, me videlicet codicibus Graecis manu scriptis deceptum aberrasse a vero, quos codices inquam antiquissimos licet et ex Kiioviensis Metropolitani biblioteca depromptos Graecorum astu suspicor depravatos esse, quorum studium maximum semper fuit Constantinopolitanam Romanae sedi anteponere. Itaque auctoritate tua et eorum, quos citas, testimonio fractus repudio errorem hunc victusque ratione praesenti do tibi manus. Nam si Romana sedes testimonio Ecclesiae Catholicae ceteris sedibus Patriarchalibus antiquior est, et si in cogendo concilio Romani pontificis princeps semper fuit auctoritas

et quomodo legati a principe et sede
et Pontifice missi in concilio principem
locum et praesidendo et subscribendo
non habebunt ? Nunc ad cetera veniam
si prius illud fuero praefatus. Equidem
ad te scribens non possum non vehemen-
ter commoveri. Namque ego te obse-
vo ut patrem, revereor ut Episcopum,
timeo ut cius concilii oecumenici prae-
sidem, cuius qui non stat auctoritate
ethnicus atque publicanus est. Quam-
obrem quoniam religiose adeundus
mihi es ad genua Sedis Apostolicae
abiectus supplex abs te peto ut me
quod decet patrem aequo animo feras
si quid adversum dixero scripserove.
Tum si tibi alicubi a vera regula ab-
errare videbor errantem me in viam veri-
tatis ut reducas. Nactus enim hominem

es ut ad errorem mortali conditione pro-
clivem, sta ad resipiscendum Dei gra-
tia non segnem. Quod si abs te impe-
tro illo de subscriptoribus ex tuis litte-
ris circumscripto maiore cum spe ag-
grediar cetera.

Tumorem Graecorum et arrogantiam
accusas. Fuerunt sane inepti leves
ac plane ἀπειρόκλοι Graeci testimo-
nio non solum Ecclesiae sed philoso-
phorum etiam atque historicorum
veterum. Sed tamen hic illorum fa-
stus iustus unum illos coire et coa-
lescere in unam Dei populum cum
Latinis vetet, hoc demonstrare virtutis
tuae excellentis opus est. Comedas tu
Graecis ritum, fermentum illorum pers:
de uxore illorum ut video nihil mutas:
parbreulam etiam illam „Filioque" in

symbolo Graeco ex Florentini concilii
auctoritate non explanatam esse mo-
leste non fers. Quid igitur

Zaccaria Francescantonio.

Dissertazioni varie italiane a storia Ecclesiastica appartenenti. Roma. 1780. Tomo II. p. 318 seq.

Dissertazione VIII.

Sopra Stanislao Orsovio e la Papale dispensa, che si suppone, aver egli avuta di continuare il matrimonio dopo gli Ordini Sacri da lui contratto.

I. Tra' letterati Polacchi del secolo XVI. celebratissimo è il nome di Stanislao Orzechowski detto latinamente Orsovio. Sino dal MDXLVIII videsi levato alle stelle come il Demostene della Polonia per l'orazione

che fece nella morte del Re Sigismondo, e stampò in quell'anno a Cracovia. Il Freitag ne' suoi Analetti letterarj p. 645. ne riporta il titolo a questo modo: Stanislai Orichovii Ruteni funebris oratio habita ad Equites Polonos in funere Sigismundi Sagellonis (!) Poloniae Regis apud viduam Floriani Unglerii in 8. pag. 104. E questa orazione fu poi inserita nelle Orazioni funebri in morte Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum etc. habitis a Legatis, Virisve suae aetatis doctissimis, che nel MDCXIII. furono raccolte e pubblicate Hanoviae typis Wechelianis pag. 30. segg. Ma la maggior sua gloria fu l'essere egli stato uno

de' più

de' più valorosi sostenitori del Cat-
tolicesimo nella Polonia, come
vedremo.

II. Intanto dobbiam confessare,
che nella prima sua gioventù
anch'ei ha sua fede patito grande
oscuramento. Il padre sconsiglia-
tamente mandollo a Vittemberga
alla scuola di Martino Lutero
e di Melantone. Che poteva
egli sotto tali maestri imparare
se non errori e costumatezza?
Il fatto fu, che da sì reo ma-
gistero ritornato in patria si
sacrò quasi per burla sacerdote
e diventò Canonico a Premislia.
Il Vescovo più volte il riprese delle
massime luterane che andava spar-
gendo. In fine l'Arcovio si dichia-

rò anche più, e prese moglie una
Signora di nobilissimo lignaggio
da cui ebbe parecchi figliuoli.
Si ravvide dappoi, ma non fu
possibile indurlo a lasciare la
moglie, anche per lo grave scan-
dalo che ne sarebbe seguito tra'
Magnati del Regno, e per lo di-
onore della rispettabil famiglia,
di cui dicemmo, essere stata la
moglie. Nondimeno egli d'allora in
poi non più s'ingerì nel Sacerdotal
ministero, rinunziò spontaneamente
a certi benefizj, che avea, e si ridus-
se alla communione de' laici. Tan-
to non bastò allo zelo del Vescovo di
Premislia, anzi egli scomunicollo e
dichiarollo eretico. La nobiltà si
risentì, e'l Re ne scrisse a Gregorio III.,

chiedendogli, che lo dispensasse, ancora perchè esser poteva Stanislao di gran vantaggio alla Religione in quel Reame. Lo stesso Orscovio nel MDLI. pubblicò una sua supplica a quel Pontefice, alquanto viva e ardita de approbando matrimonio a se inito e l'anno seguente nel Sinodo che l'Arcivescovo di Gnesna e Primate della Polonia celebrò a Petricovia esibì una confessione della sua fede, che meritò la comune approvazione. Ma di questa confessione tornerò or ora a dire.

III. Non era Giulio III. alieno dal compiacerlo; anzi lo promise à Sua Maestà Polacca, ma desiderò che innanzi di dargli la sospirata dispensa mettesse al pubblico qualche opera contro

gli Eretici. La morte di Giulio e altre susseguite vicende fino a Pio IV. fecero sì, che di questo affare non si trattasse. Per buona ventura dell' Arcivio Pio IV. che nel dicembre del MDLIX. salito era sul trono Pontificio, mandò dal Re di Pollonia suo Nunzio il Vescovo di Camerino Mons. Bernardo Buongiovanni dottissimo e discretissimo prelato. Trovossi egli presente al Sinodo Nazionale, che nel MDLXI. si tenne a Varsavia. L' Arcivio perorò in quel Concilio la sua causa con una vivissima e patetica orazione pro dignitate Sacerdotali, la quale fu nel MDLXIII. stampata in Colonia con dedica allo stesso Nunzio. Ancora a' Padri del Sinodo offerì di nuovo la confession

